



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Episcopus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

EMPTIO III.

Quoad locum, tempus & personas.

MORTALITER peccat qui emit, vel
vendit frangendo festum. cap. 23. nu-
mer. 92.

Gubernator potest aliquos designare, vt
soli vendant certi generis merces obligando
eos ad id. Ibid.

Peccat mortaliter qui ad terras infide-
lium res vctitas, præfertim arma &c. expor-
tat: & est excommunicatus per bullam cœ-
næ. num. 93.

EPICEIA, seu Epiceia quid sit vide.
tit. Scrupulus. litt. F.

EPISCOPVS.

PROMOTVS in Episcopum tenetur in-
tra tres mensæ consecrari, alias perdet
fructus ipso iure; & intra alios tres, perdet
Episcopatum. cap. 25. num. 118.

Episcopus potest celebrare ante lucem.
num. 85. Tenetur iure diuino prædicare, &
residere personaliter in sua diocesi. num. 121.

A quacumque excommunicatione re-
seruata Papæ potest absoluere Episcopus,
quando

quando iusto impedimento nō patet recursus ad Papam, vel ad eius Legatum, vel alium habentem priuilegium ad absoluerendum. Quòd si pateat aditus ad legatum, vel ad habentem priuilegium, non poterit tunc absoluere Episcopus, quanvis ille excommunicatus non possit adire Papam. cap. 27.

C num. 90.

Quantum autem temporis debeat durare impedimentum vt dicatur iustum: respondeo, primò, non habendam rationē tempori requisiti ad accessum ad Pontificem: sed temporis requisiti ad discessum à loco, in quo absolvendus residet. Respōdeo secundò, sufficere tantum temporis quantum necessarium est à discessu usque ad accessum ad Pontificem. itaque si à discessu ad accessum requiritur spatium trium mensium, & haber impedimentum quo per tres menses non possit incipere iter ad Pontificem, dicitur iustum impedimentum. num. 90., in principio. Quòd si impedimentum fuerit falsum, absolutio erit nulla. Et si absolutus cessante impedimento non arripit iter ad Pontificem reincidit. num. 90..

D Iustum autem impedimentum est habere curam animarum, & timere eas passuras magnum detrimentum propter eius absentiam, nisi posset substitui vicarius idoneus.

Iustum

Iustum etiam est non posse adire Pontificem, nisi relinquendo vxorem, & filios in necessitate extrema, vel valde magna. Et licet quis pro absolutione mittere possit, sufficit tamen non posse adire Papam, ut dicatur habere iustum impedimentum, & possit absoluiri ab Episcopo. Ibid. De aliis personis huiusmodi impeditis, quæ sint, & quomodo eas possit absoluere Episcopus, vide Absolutio. IIII.

Sed huiusmodi impediti non possunt absoluiri à simplici Sacerdote, quamvis Episcopus vel Nunciatus renuant absoluere. nu. 90.

Episcopus non dat iurisdictionem confessario suo, sicut dat Papa. additum in Nou. cap. 27. num. 260. §. 5.

Episcopus non recipit iurisdictionem aliam iure diuino quam illam, quæ datur ei à Papa mediata vel immediate. Additum ibidem. num. 263. in fin.

Reliqua ad Episcopatum pertinentia, vide in tit. Dispensatio, Excommunicatio, Ordo, Residentia.

Vtrum verò possit absoluere ab heresi, vide tit. Hæreticus.

E V N Y C H Y S. vide Irregularitas.

E V N Y C H A